Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et a b c ergo circulus a
b c transit per polos cir
culi c f d ergo secat
eum orthogonaliter per 20am
primi theodosii ergo per diffi
nicionem circulus c f d
versa vice secat circulum
a b c orthogonaliter ergo
et polos eius transit
per 13am primi theodosii
et hoc est quod proposui
demonstrare sic patet propositum

Hic demonstratur quare diversitas aspectus in latitudine multiplicatur per 11 et dimidium

Secundum demonstrandum est istud quare videlicet aspectus diversitas lune in latitudine multiplicatur per 11 et dimidium et productum demitur de argumento latitudinis equato ad medium quantitatis visionis si quantitas est circa genzahar idem productum additur eidem argumento latitudinis si quantitas est circa caudam videndum autem quare hoc sit sic. Sit circulus ecliptice a b c super terram et circulus in quo movetur luna a f c intersecans predictum in punctis a et c et sit a caput draconis et c cauda ergo medietas circuli lune que est a f c est septentrionalior medietate ecliptice que est a b c quia luna accipiens usque ad caudam est septentrionalior sole. Sit ergo luna iuxta a in puncto d tunc diversitas aspectus eius in latitudine est minima quia in istis regionibus quarum latitudo est [illegible] ut dictum est supra ergo quanta ipsa est tanto luna videbitur vicinior vel propinquior circumferencie a b c. Sit ergo diversitas aspectus lune in latitudine d e ergo luna est secundum visum in puncto e tunc posito pede circini in mobili in puncto c et mobilis extendatur ad punctum e et ducatur versus a usque ad circumferenciam